



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 57. Sessio XXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

## §. LVII.

Sæcul. XV.

A. C. 1437.

*Sessio XXVIII. Basileensis Synodi.*

Basileenses his minime territi ea, qua  
 cæperant via, pergentes iudicii acta  
 prosequerantur, atque cum elapso sexa-  
 ginta dierum termino nec Pontifex, nec  
 ejus nomine alius compareret, prima  
 Octobris, quæ erat feria tertia, Sessio-  
 nem vigesimam octavam ea, qua pote-  
 rant, solemnitate celebrabant, Episcopo  
 Vicensi Missam de Spiritu sancto cantan-  
 te, ac Præsidis munus obeunte. Inter-  
 erant quoque non pauci Præfules, mitris  
 ac Pontificio habitu insignes. Cum ergo  
 Eugenius nec ipsemet ad Synodum venif-  
 set, nec nomine suo Procuratorem, licet  
 impense rogatus, misisset, Promotores  
 Synodi petierunt, ut Eugenius contu-  
 max declaretur, hinc illico in eum lata est  
 sententia his verbis concepta.

## §. LVIII.

*Eugenius Papa a Basileensibus contu-  
max declaratus.*

Sancta Synodus Basileensis in Spiritu sancto  
 legitime congregata, universalem Eccle-  
 siam representans decernit, declarat, & re-  
 putat dictum Dominum Eugenium legitime  
 citatum, sufficienterque expectatum, fuisse &  
 esse contumacem, & ejus absentia non obstan-

te